HAIMO ALTISSIODORENSIS
12. Jh. Seite 73r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift



euangelizantes & curantes ubiq; Qui deuan
gelizarent. vel quomodo curarent apostoli.
Marcus exponit plenius. Predicabant
inquit ut penitentiam agerent. & ungu
ebant oleo multos egros. & sanabantur.
Dicit Iacobus. Infirmatur quis in uobis. in
ducat pbros ecclie & orent sup eum. ungu
entes eum oleo scō in nomine dni. & si in
peccatis sit dimittentur ei. Unde patet
ab ipsis aplis. nunc scē ecclie morē esse
contraditum. ut pontificali benedictione.
consecrato oleo pungatur egrotus. Pre
dicabant autem ut penitentiam agerent.
Cetera. Misit illos inquit euglizare.
regnum dei. quia uidelicet utrumq; iux
ta Iohannis baptiste. uel ipsius salua
toris exemplum pdicabant. Penitentiam
agite. appinquabit enim regnum celorum.
Regnum celorum ianuis ppinquare est. de his
quemq; quibus ab eo discesserat peni
tere.

Scdm Lucam.

In illo tempore. Dixit dns ihc turbis.
Si ego in spu dei eicio demones. Reliqua.

Ecce Hic Haimonis.

Trinitas uidetur. Trinitas appellata.
qd fiat totum unum. Nam dum tria sint
unum sunt. quia & singula in se manent.
& omnia in omnibus. Pater igitur & filius. Spc scs
trinitas & unitas. idem enim unum idem & tria.
In natura unum. in psonis tria. Unum ppter
maiestatis comunionem. tria ppter pso
narum pprietatem. Qd autem dicit. in spu
dei eicio demones. ostendit qd p spc sci
cooperationem pater & filius operari credatur.
psalmista attestante qui ait. Verbo dni
celi firmati sunt. & spu oris eius omnis uirtus
eorum. Qd ex patre filioq; procedit. ideo
spc scs pdicatur. ds & substantiam eius habet.
Neq; enim aliud de patre procedere potuit.
quam qd ipse est pater. Spc autem dicitur scdm
id qd ad aliud refertur. spirans & inspi
rans utiq; & ex eo appellatus spc scs est.
pprio autem quodamodo dicitur spc scs.
scdm qd refertur ad patrem & filium. qd eorum
spc sit. Nam & hoc nomen qd spc dr. non scdm
id qd refertur ad aliquid. sed scdm id qd
aliquam naturam significat. Omnis enim
incorporea natura. spc in scripturis
scis appellatur. Spc autem principalis.
in psalmo quinquagesimo legitur. ubi quia
tercio spc repetitur. non nulli intelligunt
ibi trinitatem significari. In spu princi
pali patrem. in spu recto filium. in spu scō
spm scm. Eicio demones. Demones agre
cis dictos aiunt. quasi demonas idem pi
tos ac rerum scios. psciunt enim futura
multa. unde solent responsa aliqua
dare. Hii ante transgressionem quidem celes
tia corpora gerebant. lapsi uero in aeriam
qualitatem conuersi sunt. Nec aeris illius
priora spacia. sed ista caliginosa tenere
permissi sunt. qui eis quasi carcer est. usq; ad tempus
iudicii. postea uero igne inextinguibili.
sine fine cruciandi sunt. Hii sunt preuari
catores angeli. quorum princeps est diabolus.
Ista ex parte subauditur discretio spuum.
manifesta esse comprobatur. ad consolationem
credentium redeundum est. Igitur peruenit